



ff. 11.

Signatus Stoll - Wern.
yc 21.

LAETI AC VOTIVI

PLAUSUS

QUIBUS

CELISSIMO AC ILLUSTRISSIMO COMITI AC DOMINO

DOMINO

CHRISTIANO ERNESTO

COMITI DE STOLBERG, KOENIGSTEIN, RUPEFORTIO,

WERNIGERODA ET HOHENSTEIN,

DOMINO DE EPSTEIN, BREUBERG, AIGMONT,

LOHRA ET KLETTENBERG, etc.

BORUSSICI ORDINIS AQUILAE NIGRAE EQUITI

NEC NON

CELISSIMAE ET ILLUSTRISSIMAE COMITIS AC DOMINAE,

DOMINAE

SOPHIAE CHARLOTTAE

COMITI DE STOLBERG, NATAE COMITI

LEININGENSI

COMITIBUS AC DOMINIS SUIS GRATIOSISSIMIS,

OB FELICITER

DIE TRIGESIMO PRIMO MARTII ANNI HUIUS

MDCCLXII

SUPERATUM QUINQUAGESIMUM

ILLUSTRI AC BENEDICTIONIS PLENI

CONNUBII ANNUM,

GAUDIUM SUUM PIA AC DEVOTA MENTE,

EA, QUAE FIERI DECET SUBMISSIONE

TESTARI VOLUIT

CELISSIMAE AC ILLUSTRISSIMAE DOMUS

SUBIECTISSIMUS FIDELISSIMUSQUE CLIENS

A. F. S.

A CONS. AULAE ET JUSTITIAE.

Wernigeroda, typis Joannis Georgii Struckii, typographi aulici.

AK

Handwritten signature: Hans Syndicus



Plaudite Cives !
Gratulabundi adeste Incolæ,
quotquot estis, omnis ordinis !
inter Ejulææ vicinorum
Jubilæum nobis largitur DEUS.
Jubilæum non more vulgari
celebrandum,
non facibus nuptialibus,
sed vocibus vorivis, sed supplicationibus
et precibus illustrandum !

Quinquagesimus enim jam annus
illuxit,
quo

Celsissimum ac Illustrissimum
Comitem et Dominum
CHRISTIANUM ERNESTUM
Dominum nostrum gratiosissimum,
cum

Celssissima pariter ac Illustrissima
Comite ac Domina
Domina

SOPHIA CHARLOTTA
Domina nostra benignissima
conjugalî vinculo junxit
Divina Providentia,

Rara sane, nec nisi raris virtutibus
et pietate illustribus Conjugibus
propria felicitas !

Felici omine *Christianum* cum *Sophia*
pietatem cum sapientia
illustri hoc connubio junctam
quis non miretur, gratuletur !
felicisque inde et largos felicitatis inde
proventus quis non prædicet !

Ipsi Illustrissimi gratulantur sibi,
per tot Connubii annos

tot felicitates obtigisse,
Magnalia DEI
Vim cœlestis misericordiæ,
Vim sanguinis Salvatoris,
ex multis mundi vanitatibus,
et multo animi corporisque discrimine
se liberantis expertos,
et salvos sospitesque eluctasse huc usque
gloriantur

Gratulatur sibi de ea
Illustrissimorum Parentum sibi que charissimorum
virtutis et probitatis
æmula Proles Illustrissima,
Seque per tot annos divino munere
Celsissimorum Parentum christiana
et sapientis cura in æternum
sibi profutura usas
prædicant.

Gratulatur Sacer Ordo
per Ipsos multis se Ecclesiamque
DEI mactatam auctamque beneficiis.
Gratulatur Ordo Politicus,
prudens, justum et faustum Regimen
inde effloruisse.

Gratulantur omnes Cives et Subditi,
et pacis et belli tempore
permagna inde in ipsos redundare
munera.

Inprimis et gratulatur devotaque veneratur
mente

Svarzaviensis Civitas,
non satis prædicanda inde in se
promanasse et corporis et animæ
bona
quibus Ecclesia et Schola adhuc dum
gaudet vigetque.

Agite dum, quotquot felicitatis
et bonorum
ex illustri hoc et felici Illustrissimorum
Comitum tam diuturno connubio
participes facti,
Gratas offerte hostias,
non hostias gentilem in modum
paratas,

sed hostias piæ devotæque mentis!
preces fundite et vota ardentia
et sincera,

pro tot tantisque per Illustrissimos
Conjuges in vos promanatis
cæli beneficiis.

Litate cordis suspiria intima
pro perenni Ipsorum salute,

Ut, quod Conjuges nostros Celsissimos
per quinquaginta jam annos
auxiliatrici potentique manu
feliciter servavit,

ex variis vanitatibus deviiis pericu-
lorumque anfractibus incolumes
eripuit,

Supremum Numen
Eos porro tueatur, regat
perennet,

omnibusque denique cælestibus
beet felicitatibus,
sic Illustrissimorum salus erit et
salus nostra.

Hoc ardentibus votis precantur
Omnes fideles ministri et servi,
Hoc precantur Ecclesiæ et Scholæ,
Hoc precantur omnes Cives et

Subditi,
hilarique exclamant voce:
Vivat!

CHRISTIANUS ERNESTUS,

Comes noster gratiosissimus.

Vivat!

SOPHIA CHARLOTTA,

Comes ac Domina nostra
gratiæ humanitatisque plena,

Valeant

et

Vivant in æternum

feliciter!

10.0292

30. Nov. 1992

78 M 387



50

148 = Handschrift
258 = "

11x

Rehov

2
2



LAETI AC VOTIVI
 PLAUSUS
 QVIBVS
 CELSISSIMO AC ILLUSTRISSIMO COMITI AC DOMINO
 DOMINO
CHRISTIANO ERNESTO

COMITI DE STOLBERG, KOENIGSTEIN, RUPEFORTIO,
 WERNIGERODA ET HOHENSTEIN,
 DOMINO DE EPSTEIN, BREUBERG, AIGMONT,
 LOUFA ET KLETTENBERG, etc.

AQUILAE NIGRAE EQVITI
 NEC NON
 TRISSIMAE COMITIS AC DOMINAE,
 DOMINAE
CHARLOTTAE


OLBERG, NATAE COMITI
 LEININGENSI
 DOMINIS SVIS GRATIOSISSIMIS,
 B FELICITER
 PRIMO MARTII ANNI HVIUS
 DCCLXII
 QUINQUAGESIMUM
 AC BENEDICTIONIS PLENI
 CONNUBII ANNUM,
 M PIA AC DEVOTA MENTE,
 FIERI DECET SUBMISSIONE
 TESTARI VOLVIT
 AC ILLUSTRISSIMAE DOMVS

SIMVS FIDELISSIMVSQVE CLIENS

A. F. S.

NS. AULAE ET JUSTITIAE.

~~scripsit~~
 annis Georgii Struckii, typographi aulici.



Ak

Handwritten signature: Johann Syndicus